

## Sigism 1. Duci Prussiae.

Vris Princeps et Duce Affinis Mr Charmé Accē:  
 pimus literas v<sup>ra</sup> Ill<sup>ris</sup> quibus nobis declarat  
 benevolentiam et observantiam suā erga nos  
 explicatq; causas quibus coacta fuerit comme:  
 atum hostibus Vris subministrare in damnum  
 et detrimentum V<sup>rum</sup>, et se nobis de his pur:  
 gat. Nos, tametsi præter omnem spem nr̄am  
 evenit, q; v<sup>ra</sup> Ill<sup>ris</sup> tam arcto affinitatis est  
 amicitie vinculo nobis iuncta, adeo favorabi:  
 lem se præbere debuisset hostibus Vris ut et vi:  
 ctum suppeditare, et receptaculū in terra sua præ:  
 bere illis voluerit: quod multi alij Principes, non  
 adeo propinqui et necessarii V<sup>ri</sup> favore recusarunt  
 ut qui scientes quantum nobis negotii sit promi:  
 versa Re<sup>publ</sup>ica Christiana cum Infidelibus: et cer:  
 tiores Nos de omnibus hostilibus conatibus in  
 Nos facere, et favore omni adesse nob̄ consue:  
 verunt, quibus hoc officium, curabimus vicissim  
 omni studio et favore V<sup>ro</sup> Regio referre, dolui:  
 mus vehementer. N. v<sup>ram</sup> aliter se nobis nunc  
 in hac necessitate V<sup>ra</sup> exhibuisse. De cuius fa:  
 vore multa nobis semper pollicebamur. Tamen  
 cum ita se excusat, et timori suo quod miramur  
 ascribit, boni consulimus eius hanc excusationē  
 hostes vero ipsi, ut rebus magnifice propositis, et  
 iniuste captis, ita etiam infectis repulsi per pau:  
 ca præsidia V<sup>ra</sup>, et neq; gentes V<sup>ras</sup>, iam adver:  
 sum se prætolari discesserunt. Nosq; auxilio di:  
 vino et iusticia V<sup>ra</sup> tutati sumus V<sup>ros</sup>, et tu:  
 eri non desistemus. Ea etiam que a nobis defe:  
 cerant facili Negotio iam recuperavimus, et  
 quod reliquum faciendum erit brevi conficiemus,  
 quam vero decenter et utiliter aliqui viam nr̄i  
 nobis immeritis hoc damnum et difficultatē procuraverunt.  
 aspicendo

1520  
36  
assistendo, et iuvando hostes nostros ipsi vi:  
derint. Valeat feliciter Illustritas vestra  
et nos diligat.